

## 1471 juny 22. Cementiri de l'església de Sant Esteve d'Andorra

*Els representants del Consell General de les valls d'Andorra nomenen Joan Aldosa, conseller de la Massana, i Joan Pellicer, menor de dies del Vilar, parròquia de Canillo, absent, procuradors seus per negociar el préstec de set-cents cinquanta florins d'or, a raó de tretze sous i mig per florí, per pagar al príncep de Navarra, comte de Foix i consenyor de les Valls, el segon lliurament de la quèstia corresponent a l'any present.*

**R.** Minuta de manual notarial, Andorra la Vella, ANA, TCN, núm. 60, fol. 6. — **R'.**\* Nota de llibre notarial, Andorra la Vella, ANA, TCN, núm. 49, fols. 24v-25v.

Forma instrumenti sindicatum universitatum omnium parrochiarum Andorre ad manulevandum certam pecunie quantitatem bene ordinatum pro solvendo questiam<sup>1</sup>.

Noverint universi quod die sabbati, vicesima secunda mensis iunii, anno a nativitate Domini millesimo CCCC<sup>o</sup> septingentessimo primo, in presencia mei, notarii, et testium infrascriptorum, convocato et congregato Consilio Generali vallum Andorrre in siminterio sive portico ecclesie parochialis Sancti Stephani loci Andorre ad sonum campane, ubi dictum Consilium solitum est pro factis et negociis omnibus universitatum iamdictarum Vallum expediendis et tractandis inotari et congregari, in quo quidem Consilio intervenerunt et presentes fuerunt Guillermus Viciat, consull parrochie de Canilleu, Arnaldus Barenguarii et Petrus Queralt, consules, et Oliverius Bou, consiliarius parrochie d'Encamp, Guillermus Call, consull, et Petrus Oliva, consiliarius parrochie de Ordineu, Raymundus Capela et Iacobus Textoris, consules, et Iohannes Aldosa, consiliarius parrochie de la Macana<sup>2</sup>, Raymundus Moles, consull, et Raymundus Ribot, consiliarius parrochie de Andorre, Arnaldus Miyavila, consull, et Arnaldus Guitart, consiliarius parrochie de Lòria, Consiliumque Generale universitatum predictarum parrochiarum super infrascriptis facientes et representantes, gratis et ex certis eorum scienciis, tam nominibus eorum propriis quam nominibus etiam aliorum hominum predictarum Vallum inde absencium, presencium et futurorum, fecerunt, constituerunt, crearunt et solemniter ordinarunt eorum ach predictarum universitatum et singularium earundem [*sindicos, actores et procuratores*] certos et speciales et ad infrascripta generales, ita quod specialitas generalitati non deroget nech econtra, videlicet prenominatum Iohannem Aldosa, presentem, et Iohannem Pelicer, minorem dierum loci del Vilar, parrochie de Canileu, absentem, et utrumque vestrorum, videlicet ad

fideiubendum sive seipsos et omnes singulares dictarum universitatum obliquandum et solvere promittendum septemcentos et quinquaginta florenos auri ad valorem terdecim solidorum cum dimidio pro quolibet floreno seu ad eorum valorem, quod tenentur solvere illustrissimo principi Navarre, comitti Fuxi, condomino dictarum Vallium, certo futuro termino, pro secunda solucione tallie istius presentis anni, quibus viis personis a quibus dictus illustrissimus princep[s] seu alius pro eo tenentur et ipsos septemsentos et quinquaginta florenos dicte monete seu eorum valorem solvere promittendum nominibus eorum propriis et nomine dictarum universitatum illis personis et in illis foriis, terminis et temporibus quibus dictis procuratoribus, sindicis et actoribus constitutis videbantur expedire et cum contraverentibus poterint convenire. Et de et pro seu super hiis faciendum et firmandum, nominibus propriis et nomine dictorum constituencium, quecumque voluerint instrumenta et scripturas tertiorum, confecciones iudiciales et alias quaslibet quas dicti procuratores, sindici et actores voluerint et eis fuerit benevissum, sub et cum illis pactis, pactionibus, primissionibus, stipulacionibus, terminis, penis, salariis, hostagiis, fori submissionibus, iuramentis que in animam dictorum constituencium prestare possint, sentenciam excomunicaciones et condemnaciones quas pro inde audire et sustinere possint in posse quamvis curiarum, tam ecclesiasticarum quam secularium, evictionibus, securitatibus, obligacionibus personarum et bonorum dictorum constituencium et cuiuslibet, sub missionibus, clausulis et cautelis quibuscumque, de quibus et prout dictis procuratoribus, sindicis et actoribus videbitur et poterint cum contrahentibus convenire et alias prout melius et securius, fortius, firmius et largius excoxitari, dictari et fieri poterint, cum omni iure et factis solemnitate pariter et cautela, et ad totum comodum et utilitatem mutuancium ipsam pecuniam quantitatem taliter quod ea que dicti procuratores, sindici et actores, nomine dictarum constituencium, fecerunt de iure valeant et valere possint ach plenam iuris efficaciam valeant obtainere, et beneficio novarum constitutionum et dividendarum accionum et epistole divi Adriani et omni alii legi sive iuri, spacio seu termino. Renunciandum promiserunt prefati constituentes, nominibus prealligatis, quidquic per dictos procuratores, sindicos et actores et unicuique ipsorum certa premissa peragenda procuratum, actum et gestum fuerit semper habere ratum, gratum, validum et firmum et nullo tempore revocare in totum vel in parte sub bonorum ipsorum constituendum [nominibus dictarum] universitatum. Et ut predicta omnia et singula maiori rubore sint folsita, non vi nech dolo, sed sponte, dicti constituentes iurarunt in animas earum et dictorum aliorum hominum dictarum Vallium presencium, absencium et futurorum per dominum Deum et eius sancta quatuor Dei

Evangelia manibus dictorum constituencium corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et inviolabiliter observare et in nullo contravenire vel venire aliquo iure, causa seu eciam ratione.

Quod est actum die, loco, mense et anno in principio huiusmodi instrumenti contentis et presentibus pro testibus Petro Pasquer ville Organiano, Iacobo Martí loci de Aquis et Donato Bernardi, mercatore loci Andorre<sup>3</sup>.

1. *Aquest títol que precedeix el text del document apareix ratllat per sobre amb unes fines línies inclinades de dalt a baix. El títol potser obreix a que en algun moment el document va servir de formulari per a la redacció de documents similars, però que posteriorment es va desestimar com a tal, tal vegada en haver-se confegit un formulari ad hoc on s'hauria copiat. — 2. Manca el trencament de la c. — 3. No hi ha cap element que ens indiqui si es va fer la redacció del document en pública forma.*